

⟨Giovanni Andrea Bussi,⟩ Abt ⟨von Sezzadio,⟩ an B. ⟨Georg Hack⟩ von Trient. Er fordert ihn eindringlich auf, auf den Herzog einzuwirken, der Brixner Kirche den durch Fehde und die Gefangennahme des NvK erlittenen Schaden zu ersetzen und sich dem Papst zu unterwerfen. Ansonsten sei eine Absolution nicht zu erreichen. Die Absage gegen NvK, deren Umstände im Einzelnen kritisch referiert werden, sei durch nichts zu rechtfertigen und widerspreche kirchlichem und kaiserlichem Recht. Der Herzog habe hierdurch seine Ehre und sein Seelenheil aufs Spiel gesetzt. Den Bischof selbst treffe eine besondere Verantwortung, weil NvK nur im Vertrauen auf seine Sicherheitszusagen nach Bruneck gekommen sei.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB, Cod. Cus.* 221 p. 199-201. Über dem Text: D. abbas scripsit ex monasterio societatis prope Leonicum¹⁾ d. Tridentino in summa, que sequuntur. Et die mercurii 7 maii fratrem misit quendam de Slesia ad Tridentum.

Erm.: Scharpff, *Cardinal und Bischof I* 319; Jäger, *Streit II* 10, 16, 34-36; Vansteenberge, *Cardinal* 196; Meuthen, *Die letzten Jahre 166*, 215 Anm. 2; Hallauer, *Bruneck* 408 (ND 2002, 189).

Ut aliquid operis conferam ad pacem re^{mi} domini mei cardinalis sancti Petri, cum quo fui in preterita angustia, aviso r. p. v., quomodo ipse re^{mus} d. meus in recessu suo misit Leonardo Wynecker cedulam d. duci Sigismundo presentandam²⁾, in qua inter alia continetur, quod ipse d. meus libentissime pro absolutione ipsius ducis et satellitum laborabit, sed non putat se aut alium posse obtinere, nisi restitutione prius facta, cum restitutio sit iuris divini. Peccatum enim non dimittitur, nisi restituatur oblatum. Iniuriam 5 persone sue factam largiter dimittet, sed que ecclesie dei et ecclesie Brixinensi et eius subditis facta est, non potest dimittere, cum non sit dominus ecclesie sue, sed administrator et edificator, non destructor. Expedi igitur, ut quam cito r. p. v. laboret, quod dominus dux omnia reponat, uti erant ante diffidacionem. Alioquin nec ipse nec frater vester³⁾ aut alius quicumque in hoc reus unquam poterit absolvi. Et si tardabitur restitutio et fiet declaracio penarum iuris, contra omnes ipsi declarabuntur ab ecclesia Romana 10 catholica diffidati, privati omni honore et dignitate et in alias penas iuris incidisse. Nichilominus numquam absolverent neque in vita neque in morte, quin restitutio fiat. Id igitur, quod omnino fieri oportebit secundum legem dei indispensabilem, melius est, quod cito fiat quam tarde. Dominus meus rev^{mus} faciat omne sibi possibile, prout in pactis est⁴⁾, sed impossibile fieri non potuit promitti. Multas potest rationes adducere r. p. v. ad persuadendum hoc, quia, cum valde multi sint in censuris et penis 15 gravissimis, quorum unusquisque obligatur in solidum ad omnia restituenda, tunc d. dux ad omnes liberandum non debet se reddere difficilem, quia perderet suos et tamen finaliter oporteret restitutionem fieri, nisi omnes tamquam ethnici mori eligerent, quod non est credendum.

Deinde cogitare debet d. dux, an cum iusticia possit restitutionem resistere. Et clarum est, quod non, quia diffidacio non est iusticia, sed violencia. Deinde cogitet, an ista diffidacio potuit esse iusta. Et certum 20 est, quod nequaquam, cum dominus meus sit cardinalis et episcopus ducis, quem dux coram suo superiori convenire potuit. Et presente duce in Mantua ipse cardinalis se d. n., qui est iudex suus, submisit via iuris vel arbitrii ad beneplacitum ducis.⁵⁾ Dux eciam ad papam appellavit.⁶⁾ Quomodo posset esse iusta diffidacio, quando ipse via appellacionis ad papam causam devoluit et Mantue aliud fatale ad prosequendum appellacionem impetravit?⁷⁾ 25

Deinde d. dux tenet multa dominia, que sunt feuda ecclesie, ob que obligatur ad fidelitatem non minus quam si iurasset. Nec in diffidacione sua illis feudis cessit, ymmo scripsit litteram, quod nichilominus illa tenere vellet.⁸⁾ Et ita non potuit diffidare, quando ad fidelitatem obligabatur. Et ita nec cum honore nec cum iusticia diffidacio locum habere potuisset, eciam si dominus meus non fuisset cardinalis et episcopus. Sed cum cardinalis et episcopus, tunc ius dampnat diffidacionem et hostilem persecucionem, dicens eam 30 esse crimen lese maiestatis.⁹⁾

Esto eciam, quod dominus meus esset laicus et de infimo statu, quomodo potest defendi talis diffidacio, quod non sit contra honorem? Nam familiares domestici d. ducis de eiusdem ducis mandato diffidarunt dominum cardinalem in mane diei Pasche (13. April 1460) et in eadem hora circumvallarunt ipsum.¹⁰⁾

10 Romana: *folgt gestr. m.*

35 FERIA secunda Pasche (14. April) nomine d. ducis acceperunt opidum Bruneck, quod erat cardinalis. FERIA
tercia (15. April) post meridiem d. dux misit duos tubicines cum littera diffitatoria. Quomodo potest illa
diffidacio honestari, que iuxta imperialem ordinacionem penis magnis vallatam debuit per mensem prius
ante aggressionem esse facta¹¹⁾ et tunc facta, quando dux habuit opidum et cardinalis circumvallatus
(fuit)? Nonne dominus meus semper allegavit mediatoribus se esse sub protectione d. ducis iuxta
40 unionem¹²⁾ inter eos, in qua dux se obligat velle protegere cardinalem et ecclesiam ac subditos ad dies vite
et proxime s. d. n. pape rescipsit dispositive se illam unionem velle observare?¹³⁾

Si igitur d. dux est protector et advocatus ecclesie, ut ipse fatetur et in particulari se obligavit per suas
litteras, que adhuc stant et ducant ad defensionem nec in diffidacione, nec ante illas litteras suas revocavit
aut abdicavit seu insinuavit cardinali, quod amplius nolle esse protector, quomodo possunt illa simul
45 stare cum aliquo honore, quod protector sit invasor? Nec dicere potest, quod cardinalis unionem fregerit,
nam nec de hoc cognitum fuit nec cardinali obiectum. Et si aliquam causam contra cardinalem allegare
vellet, non posset dicere, nisi quod cardinalis aliqua cum presbiteris fecit, que ipsum ducem offendebant.
Et quia cardinalis nichil fecit, nisi que erant sui officii pontificalis, non ponitur in unionem, quod cardinalis
cessare debeat ab officio aut si aliqua ex officio fecerit ingrata d. duci, quod propterea unio sit fracta,
50 neque etiam idipsum in veritate reperietur, scilicet quod cardinalis ex officio aliquod tale fecerit, sed id
quod ius scriptum mandat fieri dixit et suos, ut debuit, de iuris dispositione instruxit.

Et quid dicetur ultra hec omnia de deceptione domini mei re^{mi}, qui per p. v. de securitate certificatus
fuit, et non solum per ipsam, sed per d. Wolfgangum Nydlinger¹⁴⁾, canonicum Brixinensem et mediato-
rem, d. Jacobum Trapp¹⁵⁾ et Parzevalem Annenberger¹⁶⁾ Si dicet d. dux se non commisisse illis, ut
55 cardinalem assecurent, tamen cum illi sint maiores consiliarii sui et secreciores, cardinalis non debuit
presumere deceptionem. Cum quo ergo honore cardinalis bona fide deceptus est hic hostiliter circumval-
latus? Non est honor principum velle ad manifestas diffidaciones venire hominem in crimen, bona fide
de pace tractantem et nichil in securitatis suspicantem in supremo festivitatis die fraudulenter invadere.

Ad huc utique littere diffidacionis sunt pensande, habent tres causas, scilicet quod cardinalis voluit duci
60 patrimonium subtrahere, gravavit processibus, sprexit media equa, ideo diffidatus est, ut cogatur ad
equa.¹⁷⁾ Cardinalis hiis causis lectis et sciens nullam esse veram, statim obtulit in scriptis, quod stare vellet
super hiis causis dictamini r. p. v., Jacopi Trapp et d. Parzevallis trium ducis primorum consiliariorum.¹⁸⁾
Nonne per hanc oblacionem satisfecit cardinalis diffidacioni? Nam iam fuit finis diffidacionis, que est, ut
cogatur ad equa. Quando igitur se submisit illis tribus dictis, nonne merito cessare debuit diffidacio? Et
65 cum quo honore continuarent violenciam? Et est notandum, quod hanc oblacionem fecit cardinalis per
diem ante diffidacionem ducis, scilicet feria secunda Pasche (14. April), et tamen in littera diffidacionis die
sequenti cardinali presentata non ponuntur alie cause quam ille premissa.

Nichil ergo potest d. dux allegare, quod illam suam diffidacionem, in qua solum suum honorem fundat,
possit honestare. Ideo consulendum est sibi omnino, quod simpliciter se d. n. submittat etiam in restitu-
70 cione, ne si non fecerit, non solum animam sed et honorem et bona in periculo ponat. Ad p. v. r. utique
spectat, quam diligenter ista importune et oportune sollicitare. Nam obligamini d. duci ea que salutis et
honoris eius sunt, solcite inculcare. Sic etiam pro vobis expedit, quia re^{mus} d. meus, si sola confidentia,
quam in p. v. habuit¹⁹⁾, non fecisset, Bruneckam numquam venisset nec in periculum incidisset. Quod si
per hanc viam non devenietur ad sublacionem penarum, satis est etiam p. v. de fine hesitandum. Nam
75 Romana ecclesia lesa est in persona re^{mi} domini mei, et omnes pontifices. Forte propter sequelam non
negligetur iusticia.

Poterit etiam r. p. v. a fratre suo Happ Hack informari, an post pacem per ipsum domino meo nuncia-
tam et per d. ducem publicatam servata sit pax vel non.²⁰⁾ Certe reperietur ipsam nequaquam servatam,
sed multipliciter per d. ducem ruptam. Quid ex hoc sequitur, bene intelligit r. p. v. Sed re^{mus} dominus
80 meus multum in hac angustia confractus et amplius senex omnia, que pacis sunt, cogitabit et sollicitabit,
quantum cum deo facere poterit.

Fui longior in scribendo, et quia, licet nichil superflui inserui, parcat michi r. p. v. Ex arce Bruneck.²¹⁾

59 tres: a.R. von NvK tres cause diffidacionis. 68 honorem — 70 et¹: von NvK am Rand eingefügt.

- ¹⁾ *Lonigo, südwestlich von Vicenza, wo sich auch NvK aufhielt; s. Cronaca di Anonimo Veronese 1446-1488, ed. G. Soranzo, Venedig 1915, 137: El cardinal thodescho, nuncupato Sancto Piero in Vincola per titolo, venuto a disacordia del suo vescovato con li duci di Sterlich, per quelli duci fi expulso et incognito capita a Lonico, dove gionto si fa conoscere per cardinale; fu el suo giungere a Lonico adì vii maggio mcccclx. Vgl. auch Nr. 6212. Meuthen, Die letzten Jahre 215 Anm. 2, identifizierte den Ort mit Levico (Löweneck, östlich von Trient); Jäger, Streit II 34 Anm. 13, schlug Lienz vor. Da Bussi Benediktiner war, handelt es sich bei dem erwähnten Kloster vermutlich um die Benediktinerabtei SS. Fermo e Rustico bei Lonigo. Vgl. G. Macca, Storia del territorio vicentino, Bd. I, Caldoggno 1812, 100-104; G.M. Varanini, Il patrimonio dei SS. Fermo e Rustico di Lonigo (Vicenza) fra Duecento e Trecento, in: T. Lazzeri/F. Pucci Donati (Hg.), A banchetto con gli amici: scritti per Massimo Montanari (I libri di Viella 397), Rom 2021, 115-129.*
- ²⁾ *S.o. Nr. 6203 (1460 April 29).*
- ³⁾ *Happe Hack, Bruder des Trienter Bischofs und herzoglicher Rat. Er war an den Geschelnissen in Bruneck unmittelbar beteiligt. Vgl. auch unten Z. 77f.*
- ⁴⁾ *S.o. Nr. 6182.*
- ⁵⁾ *Zu den Verhandlungen in Mantua s.o. Nr. 6052-6055.*
- ⁶⁾ *S.o. Nr. 5489 (1458 Februar 6).*
- ⁷⁾ *S.o. Nr. 6084 (1460 Januar 1).*
- ⁸⁾ *Ein solcher Brief ist nicht bekannt. Jedoch hatten NvK und Hz. Sigismund vereinbart, dass der Herzog die Lehen am 7. Mai in Brixen empfangen sollte; s.o. Nr. 6166.*
- ⁹⁾ *Vgl. VI 5.9.5, ed. Friedberg II 1091f.*
- ¹⁰⁾ *Zum Gang der Ereignisse vgl. oben Nr. 6193. Die erwähnten Absagebriefe sind Nr. 6157-6160, 6167.*
- ¹¹⁾ *Eigentlich schreiben die kaiserlichen Bullen bis hin zur Reformatio Friderici (1442) eine Frist von drei Tagen zwischen Zustellung der Absage und Aufnahme der Feindseligkeiten vor; s.o. Nr. 6193 Anm. 34.*
- ¹²⁾ *S.o. Nr. 3788f. (1454 Januar 13).*
- ¹³⁾ *S.o. Nr. 6104 (1460 Januar 31).*
- ¹⁴⁾ *Wolfgang Neidlinger, Brixner Domberr. Er verhandelte Mitte Februar 1460 mit NvK; s.o. Nr. 6108.*
- ¹⁵⁾ *Die Sicherheitszusage des Jakob Trapp hatte der Abt von Wilten NvK ausgerichtet; s.o. Nr. 6145 Z. 6.*
- ¹⁶⁾ *Parsifal von Annenberg hatte noch kurz vor Eintreffen der Absagebriefe mit NvK in Bruneck verhandelt; s.o. Nr. 6193 Z. 36-47.*
- ¹⁷⁾ *Vgl. die jeweils ähnlich formulierten Absagebriefe Nr. 6157-6160, 6167.*
- ¹⁸⁾ *Zu diesem Verhandlungsangebot des NvK s.o. Nr. 6193 Z. 107f.*
- ¹⁹⁾ *Dieser Brief des Bischofs von Trient wird mehrfach erwähnt, ist selbst jedoch nicht erhalten; vgl. oben Nr. 6145 Z. 2. S. auch Hallauer, Bruneck 385 (ND 2002, 161).*
- ²⁰⁾ *Vgl. die in Nr. 6173 aufgelisteten Übergriffe gegen Gefolgsleute des NvK nach Friedensschluss.*
- ²¹⁾ *Diese Ortsangabe gibt Rätsel auf. Aus den einleitenden Notizen des Peter von Erkelenz geht hervor, dass Bussi sich in Begleitung des NvK in Lonigo befand. Auch die Kenntnis von dem am 29. April 1460 in Ampezzo für Leonhard von Weineck verfassten Schreiben (Nr. 6203) spricht dafür, dass er NvK bei seiner Abreise begleitete und nicht in Bruneck blieb. Möglicherweise wurde das Schreiben in Bruneck begonnen und erst auf der Reise vollendet. Denkbar wäre auch ein auf Effekt zielender Kniff des Humanisten Bussi.*